



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quàm graüter puniatur falsum tetsimonium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

dæmoniorum, Luc. 11. Sic Phariseus factum peccatricis Luc. 7 inquit: Hic si esset propheta &c. Tales falsum testimonium sæpè committunt contra proximum. Eccles. 3 Multos supplantauit suspicio, scilicet illorum qui malitia cordis laborant. Tales sunt pessimi homines, qui eiusmodi effutiunt & imaginantur de alijs, quod tamen illi nunquam audiverunt aut cogitarunt.

3. Tertio, dicit scriptura Prover. 19. Testis falsus erit impunitus: qui ergò Deum, qui summa est veritas, nò timet, idq; ad honorem eius, is non est verus & ipsum certissima pœna manebit, sicut patet in diebus senioribus Susannæ, Daniel. 13. qui lapidatus ab omni populo. Porro peccat falsus testis, quia incipit iudicem: nam iudex iuxta eius allegata pronuntiat sententiam, & sic ampliùs grauatur peccatum, falsi testimonij, & ideò dicitur Proverb. 22. Testis mendax peribit de populo meo, nam incurrit maximam Dei iram, iuxta illud 1. Paralip. 19. Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum, amicitia muneris. Peccat postremò falsus testis in proximum cumq; innocentem què falso testimonio lædit. Proverb. 25. Iaculum & gladius & sagitta acuta, hoc est qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium. Sicut enim homo læditur ac vulneratur a sagitta aut gladio, ita quoq; in fama sua falso testimonio. Nec etiam solùm grauiter peccant, qui loquuntur falsum testimonium, sed quoq; ij qui libenter audiunt, assensum præbent, & cito credunt &c.

CAPVT XXII.

ARGVMENTA.

1. *Quòd iudicium politicum sit opus Dei, & ab illo ordinatum.*

2. *Quòd*